



**Theologiae Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Intellectu & Scientia Dei, ejusque Objecto. Item de  
voluntate & volitione Dei, ejusque Objecto

**Bosco, Jean a**

**Antverpiae, 1686**

Concl. III. Neutra scientia est causa immediata & physica creaturarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73680](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73680)

*Vt etiam  
intelligen-  
dus est Sco-  
tus.*

Secutum. Cum enim non habeamus quidditati-  
vum conceptum divinæ hæcætitatis, ideo non per  
illam, sed per infinitatem primò concipimus  
Deum distingui à creaturâ: ob quam rem etiam  
prius concipimus Deum sub ratione infiniti,  
quàm substantiæ: quia rationem substantiæ, ut  
in Deo, non capimus; atque ita omnium prius di-  
vidimus ens in finitum, & infinitum, quàm in  
substantiam & accidens, & deinde substantiam  
finitam, & accidens in sua genera. Equidem pro  
hoc intellectu Scoti nota, quòd primo loco ci-  
tato non dicat absolute: Ut prius intelligatur  
infinitas, quàm esse hoc; sed quasi per prius aliquo  
modo. Alioqui, quomodo rectè diceret, ut iup-  
audivimus, infinitatem esse de Deo demonstra-  
bilem per conceptum quidditativum Dei, tan-  
quam per rationem à priori?

*Probatnr.*

*153.  
Contra ar-  
guitur.*

Si in text: Scotus priori loco, n. 29. ait, *Individuū  
includit perfectionē aliquam, quam non includit com-  
mune. & per illam perfectionem potest formaliter in-  
cludere infinitum* &c. quæ autem formaliter in-  
cluduntur in aliquo, sunt de ejus quidditate.  
Resp. Smif. sup. n. 27. Deum, & quamlibet aliam  
naturam posse dupliciter spectari quoad suam  
formalem rationē; nempe quatenus formalitas  
talis naturæ habet præcisè rationem quidditatis,  
ut entis per essentiam, animalis, rationalis &c. vel  
quatenus formalitas talis naturæ est quid con-  
stitutivum ex quidditate, & modo intrinsecò; nec en-  
im quidditas, & modus intrinsecus sunt duæ  
formalitates, sed una adæquatè concepta. Priori  
modo natura Dei non includit infinitatem, se-  
cundò posteriori.

*Responde-  
tur.  
Smif.*

*154.  
Alia obje-  
ctio solvi-  
tur.*

Inferat aliquis: ergo ens primò contrahitur per  
differentias, quod Scotus ibi negat. Resp. eum  
eodem Auctore, rationes quidditativas, quibus  
primò ens contrahitur, non esse differentias, sed  
rationes transcendentales cum pluribus generi-  
bus transcendentes, atque etiam cum substantia,  
sub nullo genere posita, nempe cum substantia  
divina: sic substantia transcendit cum substantia  
per essentiam, & per participationē, & similiter  
substantia vivens vitâ intellectuali. Differentia  
autem vel solum ad unum genus pertinere po-  
test, vel saltem non nisi ad diversa genera, sub-  
alternatim posita. Ratio verò à priori, ob quam  
illæ rationes transcendentales non sunt entis dif-  
ferentia, est, quia non addunt enti novam for-  
malitatem condistinctam formalitati entis; sed,  
ob summam entis transcendentiam illud includunt  
in sua formalitate, adæquatè concepta; licet ens  
contrahatur ab illis conceptu inadæquato, secū-  
dum quæ sibi vendicat quamdam unitatem, & uni-  
vocationem imperfectam. Hactenus Smifing.

*155.  
Cur existi-  
tia in crea-  
tura sit  
modus ef-  
fendi, in Deo  
verò gra-  
dus.*

Rogat quispiam, cur existentia in creaturis sit  
modus efficiendi; in Deo verò gradus efficiendi?  
Resp. Felix sup. n. 11. Quia quidditas creaturæ  
salvatur sub statu possibili; non tamè quidditas  
Dei, sed debet esse existens. Sequitur enim: Deus  
potest existere, ergo existit. Quis enim eum exi-  
stere faceret? Nec rectè dixeris: existentia alicu-  
jus est existentia; nam dicimus: *Substantia est, ac-  
cidens est; ergo esse non potest esse ratio essentialis  
constitutiva alicujus.* Respondetur siquidè,  
quòd propter nostram imperfectionē per con-

ceptus inadæquatos distinguimus, quæ indistin-  
cta sunt; & sic distinguimus existentiam & exi-  
stens, seu id, cuius est existentia. Quæ cum ita  
sint, concludendo dico rursùm, neutram scientiam,  
id est, neque scientiam in actu primo, neque  
in actu secundo esse rationem constitutivam  
Dei, Sed nunquid altera, vel utraque est causa  
immediata creaturarum? Responsio erit.

*Conclusio.*

CONCLUSIO III.

Neutra Scientia est causa immedi-  
ata & physica Creaturarum.

Et si in Deo potentiam operativam ad extra  
(de qua sola hæc tractamus) fide, & ratione  
naturali certum est, aded, ut nemo, qui aliquam  
Dei notitiã unquam habuit, id in fide ire potu-  
erit. Quid aliud elamat Scriptura, quæ sic inci-  
pit Gen. 1. *In principio creavit Deus cælum & terrã*  
&c. Si creavit, ergo potuit creare; eum actus  
supponat potentiam. *Potens es Domine*, inquit  
Psalmistã Pl. 88. v. 9. Et Sap. 18. v. 15. scriptum est:  
*Omnipotens sermo tuus.* Item Lucæ 1. v. 49. ait Ma-  
ria: *Quia fecit mihi magna, qui potens est.* Hinc pri-  
mus articulus symboli Apost. *Credo in Deum Pa-  
trem omnipotentem.* Planè potentia ejus omnipo-  
tentia est, eum omnis perfectio Dei sit infinita:  
*Omnia, quæcumq; voluit, fecit*, Pl. 113. v. 3. 2. Nec est,  
qui possit resistere ejus voluntati. Esther 13. v. 8.

*156.  
In Deo est  
potentia o-  
perativa ad  
extra.*

*Probatnr  
ca.  
Script.*

*Hæc poten-  
tia est om-  
nipotentia.*

*157.*

Quid miramur? Omnipotentia perfectio sim-  
pliciter simplex est, melior utique ipsa, quàm non  
ipsa, seclusis imperfectionibus, quæ in potentia  
creata reperitur, utputã, quòd ordineur ad  
acquirendã, vel conservandã aliquam perfe-  
ctionē, quã indiget, seu quã caret: Deus quippe  
nullius indigus est; sed omnem perfectionē in se  
habet: quia tamen (inquit Herin. x. Episc. l. p. n. 1.  
part. disp. 9. q. 1. n. 1.) summè bonus & per-  
fectus est, vult suam bonitatem ac perfectionē  
diffundere, & per potentiam suam nobis com-  
municare. Unde creatura operatur, ut bona seu  
perfecta sit, aut maneat; Deus autè, quia bonus  
est & perfectus, operatur, & se operando com-  
municat. Sic ille. Secunda imperfectio est, quòd  
potentiæ creatæ melius sit agere, quàm esse o-  
tiosã, sive actu carere, qui est ultima perfectio,  
& complementum ipsius potentiæ creatæ. At verò  
Deo, cum sic omnem perfectionem habeat,  
ut perfici nullatenus queat, non est melius agere,  
quàm non agere: sed potius (inquit idè Au-  
ctor n. 2.) ipsi effectui melius est, quòd Deus a-  
gat, quàm quòd non agat: Deo autem solum ac-  
cedit bonum aliquod extrinsecum, cuius possessio  
actualis non est ei melior, quàm earentia.

*Est perfectio  
simpliciter  
simplex.*

*Herin. x.*

*Deo non est  
melius agere,  
quàm non agere.*

Ex quo etiã sequitur, Dei potentiã non ordi-  
nari ad opus, seu ad actum, tanquam ad finem: om-  
ne enim ordinatū ad finem perficitur quodam-  
modo à fine; Dei autè potentia ab effectu suo,  
sive actu suo non perficitur; eum omnem illius  
perfectionē eminentiori modo in se contineat;  
secus est de potentia creata. Quàmquam & ipsa  
seorsim spectata non debeat esse imperfectior  
actu suo secundo, secundum se spectato, ut par-  
ter in intellectu, & voluntate respectu intelle-  
ctionis, & volitionis; item in substantia respec-  
tu

*158.  
Potentia  
Dei non or-  
dinatur ad  
actum tan-  
quam ad  
finem.*

Et accidentium connaturalium.

Quis ergo finis operum Dei? Univerſa propter ſemeriſum operatus eſt Dominus. Proverb. 16. v. 4. quãquam & finis non ſemper ſit nobilior eo, quod ad finem ordinatur; prout ſubſtantia intellectualis ordinatur ad intelligendum, & forma generantis ad generationem. Nonne Incarnatio Filii Dei ordinata fuit ad noſtra ſalutem? Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, ait Symbolum Apoſtolorum. Quis autem ambigat, Incarnationem longè eſſe perfectiorem? Imprimò ergo ſit, dubitare de potentia Dei infinita, quã major cogitari non poteſt, adeoque omnipotentia; ipſo Deo atteſtante, Gen. 17. v. 1. Ego Deus omnipotens. Et per os Prophetæ ſui Job non ſemel, aut iterum; ſed vicies quinque appellatur Omnipotens. Et quid aliud ſonat illud Chriſti apud Marth. 19. v. 26. Apud Deum omnia poſſibilia ſunt? Et Angelus Gabriel loquens ad Mariam Luc. 1. v. 37. Non erit, inquit, impoſſibile apud Deum omne verbum. A eſt libi paſſim ſic loquitur Scriptura, ut nemo in ea verſatus poteſt ignorare.

cumque voluit, fecit. Et ad Ephel. 1. v. 11. Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſue. Porro SS. Patres has ſcripturas ſic intellexiſſe, quali ſola voluntas foret cauſa phyſica immediata creaturarum, oſtendo imprimis ex ipſo Aug. in Medit. t. 29. dicente: Cujus voluntas opus, cuius velle poſſe eſt. Qui omnia de nihilo creavit, qua ſolâ tuâ voluntate feciſti. Et D. Leo Ser. 2. De Nat. de Deo ait, Cujus natura bonitas, cujus voluntas potentia.

Accedat Athan. Ser. 4. contra Arianos, dicens, Deum ſolo nutu voluntatis agere. Item Cyrillus 1. 3 contra Jul. ubi docet, Deum ſolâ voluntate eſſe perfectorem operum. Claudat agmen Clemens Alexand. Oratione adverſus gentes in fine: Solâ, inquit, voluntate ille (Deus) operatur, & ejus ſolum velle factum eſſe conſequitur. Et ita, dicit aliquis, Gen. 1. habetur, Deum omnia dicendo feciſſe: Dixitque Deus, Fiat lux, & facta lux, v. 3. & Pfal. 148. omnia feciſſe mandando, v. 5. Quia ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandavit, & creata ſunt. Dicitio verò imperativa (ut notat Smil. ſup. tr. 3 diſp. 7. n. 26.) ad voluntatem pertinet.

Interim hic Auctor exiſtimat, hiſ auctoritatibus ſolum probari, primò, Deum liberè facere omnia opera ſua; ſecundò, faciendum omnia, quæ vult, non indigere ope alicujus cauſæ extræ ſe, nec à tali aliqua cauſa ab agendo impediri poſſe, & ſic tam facilè ejus voluntatè conſequi effectum, ac facilè quiſpiã poteſt aliquid velle. An autem voluntas ſit formale ſeu proximum principium divini effectus, nihil referebat ad doctrinam fidei de divina omnipotentia, quam Scripturæ, & SS. Patres tradere intendebant. Sic ille. Adeoque dicendum foret, quòd hæ Scripturæ, & hi Patres intelligi debeant in ſenſu concomitanti, ita ut tantùm velint, talem eſſe ſubordinationem ac connexionem voluntatis, & omnipotentia Dei, ut, quæcumque Deus velit facere, illa fiant, quàmvis non per ipſam voluntatem, ſed per intellectum, vel aliam potentiam formaliter diſtinctam. Sed hæ explicatio non ſufficit Poncio ſup. diſp. 8. n. 2. quia (inquit ſ. Sed hoc negat Poncius. Nec ſatisfacit dicere) meliùs explicatur in ſenſu formali, ſi id abſque incommodo poſſit fieri, poteſt autem, ut patebit ex dicendis.

Itaque propter has auctoritates, maximè accedente ratione, videtur probabilius, voluntatem eſſe omnipotentiam ratione luæ volitionis, abſolutè ſpectatæ, ita ut volitio ſit principium quo actionis ad extrâ; voluntas verò proximum principium quod, & libera terminatio et quali applicatio potentia diviæ ad operandû. Pro hac ſententia citatur Scotus 1. diſt. 37. q. un. n. 4. ibi: Si enim omnipotentia eſt voluntas, ad cuius ſententiam velle ſequitur rem eſſe; cum voluntas poſſit a què velle Scotti, diſtans, ſicut propinquum: videtur, quòd, ſi omnipotens eſſet per impoſſibile in aliquo loco determinato, & non ubique, poſſet velle aliquid eſſe in alio loco, cui non repugnaret eſſe: & per conſequens, illud fieret ab omnipotente abſq; hoc, quòd omnipotens eſſet præſens ibi ſecundum eſſentiam. Quem locum expendens Smiling ſup. n. 2. 5. ait: Illam conditionem de identitate omnipotentia, & voluntatis

159. Quis finis operum Dei.

Probat ut infinita potentia Dei.

160. In quo formaliter conſiſtat hæc potentia.

Aliqui putant, conſiſtere in intellectu.

161. Probatio ex Script.

Item ex D. Aug.

162. Contraria ſententia probatur ex Script.

Item ex SS. Patribus, Aug. Leone.

163. Athanaſio.

et Clemens Alex.

164. Smiling.

putat hæc auctoritates non convincere, voluntatem eſſe formale principium.

Intelligi debent in ſenſu concomitanti.

Sed hoc negat Poncius.

165. Probabilius voluntas eſt omnipotentia.

videtur eſſe

ipse non ponit seu asserit. Notat etiam, potius ponere voluntatem, quam velle esse omnipotentiam, & licet dicat, ad velle sequi rem esse, id (inquit) posset intelligi de sequela ad velle, tanquam ad applicans omnipotentiam, quæ sit formaliter ipsa facultas volendi.

166. Smising intelligit ipsi de voluntate actuali.

Nihilominus (prosequitur idem Auctor) quod ad Scorum attinet, omnes illum sic intellexerunt, quod sentiat, voluntatem Dei esse omnipotentiam: & verba ejus magis sonant, id ipsum intelligere de voluntate actuali; nam ad velle dicit sequi rem esse; ad quod autem sequitur rem esse, illud est principium ejus: nec posse intelligi de sequela ad velle, solum ut ad principium applicans, mox ostendam. Igitur quando ait: omnipotentiam esse voluntatem, ad ejus velle sequitur rem esse, sensus est, voluntatem esse omnipotentiam ratione suæ volitionis; ita ut volitio sit principium quo actionis ad extra, voluntas verò proximum principium quod. Ita Smising.

167. Poncius auctorem de voluntate in actu primo.

At verò Poncius (quem Smising non vidit) intelligit Scorum de ipsa voluntate in actu primo, & non de volitione. Nam sup. n. 3. ita sibi objicit: Velle divinum est operatio adæquata voluntatis divinæ. Ergo operationes ad extra non spectant formaliter ad voluntatem. Respondet negando Consequentiam: quia (inquit) ipsum velle divinum, quo vult aliquid ad extra producere, est operatio ipsius ad extra. Quod si vultur operatio ad extra actio, quæ producitur res, & hæc dicatur se tenere ex parte effectus producti. Respondet (inquit) debet aliter, distinguendo Antecedens: est operatio adæquata ad intra, transeat, ad extra, negatur: nam actiones ad extra, quæ sequuntur volitionem, & non exigunt aliam potentiam ex parte Dei, præter voluntatem, optimè possunt dici operationes, & actiones voluntatis. Sic ille.

168. Objectio Solvitur.

Et si objicias: Illa est potentia Dei, ad quam immediatè sequitur actio productiva rei; sed actiones ad extra, supposito, quod se teneant ex parte effectus, immediatè sequuntur volitionem Dei, quam voluntatem: ergo potius volitio censenda est omnipotentia, quam voluntas. Respondet præfatus Auctor, neg. Majorem. Quia (inquit) quando sunt duæ actiones subordinatæ alicujus potentie, secunda alteri subordinata debet immediatè sequi priorem actionem, quam potentiam ipsam: & tamen prior actio non debet censeri potentia respectu secundæ actionis. Supposita autem illa doctrinâ de actioe, se tenente ex parte effectuum, volitio divina, & illa actio sunt duæ actiones subordinatæ voluntatis, & consequenter volitio non debet esse potentia respectu actionis secundæ ad extra; eò vel maxime, quod potentia Dei in actu primo, de qua loquimur, fit indifferens ad ponendam, vel non ponendam rem, & quod Deus necessariò habeat potentiam suam, velle verò divinum non sit ita indifferens; nec necessariò ponendum in Deo. Hucusque Poncius.

169.

Qui bene advertit sup. n. 1. in fine, hanc

quæstionem curiosam, & alias parum utilem esse. Et forte non dissentit, à sententia Smising qui loquitur non solum de potentia in actu primo, sed etiam in actu secundo, prout de facto producit creaturas, seu operatur ad extra, applicata per liberum Dei decretum. Sive Auctores dissentiant, sive non, parum refert, utpote in quæstione parum utili, in qua seu hoc, seu illud dixeris, non errabis, neque in fide, neque in bonis moribus, dummodo cum Scriptura sacra, & SS. Patribus dixeris, Deum liberè facere omnia opera sua, nec indigere ope alicujus causæ extra se; nec à tali causa in agendo impediri posse, juxta illud Mardochei Esther 13. v. 8. & 9. Domine, Domine, Rex omnipotens, in dirione enim tua cuncta sunt posita, & non est, qui tua possit resistere voluntati. Interim, quia inceperimus hanc curiosam quæstionem, seu difficultatem examinare, placeat Lectori, ut resolutionem nostram ex ratione probemus. Ratio Poncii sup. n. 2. hæc est: quia non sunt multiplicandæ entitates, aut formalitates sine necessitate; nulla autem est necessitas statuendi potentiam Dei esse perfectionem distinctam à voluntate ipsius: cum nihil impediat, quò minus voluntas Dei, quæ est virtutis ac efficacie infinitæ, possit seipsam facere, quæcumque faciendæ sunt. Sic ille. Breviter, & satis efficaciter.

Hæc quæstio magis curiosa est.

Proprium ratio Poncii.

Prolixior est ratio Smising, qui duo postulat, ut aliqua perfectio in Deo sit potentia; unum, ut sub illa ratione, sub qua est potentia naturaliter, seu non liberè insit Deo: quia Deus ita potens est, ut absolutè non possit non esse potens. Alterum est, ut illa perfectio divina sit principium proximum quidem; nam hoc omnes intelligunt nomine potentie acti- væ, à qua proximè fluit effectus; remotum enim principium solum est subiectum denominatum ab actione; physice verò effectivum, prout physica effectio contra moralem motionem & concursum distinguitur. De tali enim principio solum esse potest quæstio, cum agatur de potentia agentis intellectuales: nam quod ad ejus operationem aliquo modo concurrat ars, & idea, & intentio voluntatis, per se notum est ex ratione agentis artificialiter, seu modo intellectuæ; & sic, cum de ejus potentia quæritur, sensus quæstionis est: quodnam habeat principium physicum executivum sui operis; qualia principia non sunt ars, idea, vel intentio voluntatis; sed hæc solum metaphoricè vel moraliter concurrunt, eo modo, quo directores operis vel consultores: suadet enim voluntatis intentio, dirigunt verò ars, & idea; sed potentia exequitur. Hæc ille sup. n. 27.

170. Smising, duo postulat, ut illa perfectio in Deo sit potentia, ut naturaliter insit.

171. Ostenditur, illa duo concurrere voluntati actuali.

Quæ n. 28. sic applicat ad propositum. In actuali voluntate Dei absolutè spectatà reperiuntur omnes prædictæ conditiones, & in nulla alia perfectione Dei reperiuntur: ergo in actuali voluntate, & non in alia perfectione Dei debet constitui ratio potentie divinæ. Sequela patet. Numquid etiam Antecedens? Sanè à multis ei contradicitur. Probatum autem quoad priorem partem: quia actualis voluntas Dei, abso-

absolute spectata naturaliter inest Deo, cum sit realiter identificata ipsi essentia divina. Et ex ipsa sequitur opus Dei, ut satis significant Scripturæ sup. allegatæ, idque proximè; quia applicatâ tali voluntate per liberam ejus terminationem, statim sequitur effectus pro tempore, pro quo illum secuturum ab æterno liberè determinavit voluntas divina. Et quid mirum, cum illa terminatio à parte rei non sit aliud, quàm actio, quâ Deus in tempore causat effectum, vel se solo, vel cum creatura, quæ non in Deo, sed in ipso effectu recipitur. Et quis jam dubitet, utrum sit principium physicè effectivum? An fortè obstat ejus limitatio, ut nequeat physicè tam diversos effectus producere? Sed infinita est. Omnia, quæcumque voluit, fecit Deus. Et quis audeat dicere, Deum non posse velle facere tam diversos effectus?

Ista est principium physicè effectivum.

172. Obiectio.

Nemo, reponis. Sed nunquid indè sequitur: ergo fecit per suum velle seu actualem voluntatem? Hæc voluntas actus immanens est, qui nequit esse principium physicè productivum alicujus effectus transeuntis, qualis est creatura. Sed quis hoc tibi revelavit? Nonne actus creatæ voluntatis est immanens, & tamen producit effectum transeuntem, scilicet habitum, qui non recipitur in principium proximum, à quo egreditur? Quinimò, Multi non improbabiler docent, in divinis actum intelligendi in Patre esse physicè seu realiter productivum Filii; & actum volendi in utroque esse physicè, seu realiter productivum S. Spiritus. Ergo non repugnat, secundum hanc sententiam, actum immanentem habere terminum, etiam supposito distinctum à producente; adeòque physicam seu realem actionem talis actus transire in aliud suppositum. Ergo neque ex hac parte repugnat, actualem voluntatem Dei esse principium physicum creaturarum.

Solutio.

Actus immanens potest producere effectum transeuntem.

173.

Occurritur alteri objectioni.

Nec refert, quòd illa productio in divinis, non sit effectio seu causalitas. Hoc enim non fit ex eo, quòd actus intelligendi, aut volendi nequeat aliquid physicè producere, etiam supposito distinctum à producente; sed quia terminus iste non est causalitatis seu effectibilis. Quòd autem actus immanens creatus non possit habere effectum transeuntem in aliud suppositum, sit propter ejus limitationem, quæ non est extendenda ad divinum actum immanentem, qui est infinitus, adeòque illimitatus.

174.

An hæc doctrina contrarietur Scoti.

Objeiunt hic Aliqui Scotum, qui i. dist. 2. q. 7. n. 15. probat contra Henricum, quòd Verbum divinum non procedat per actum intelligendi quia Productio magis convenit actui primo, ut principio productivo, quàm actui secundo; quia operationes perfectæ de ratione sui sunt fines, & non sunt gratiâ aliorum finium: ergo intellectio, ut est operatio Patris, non est ratio formalis productiva alicujus termini; sed tantum actus primus, ejus virtute elicitur illa operatio, erit principium productivum. Ergo secundum Scotum, si voluntas est causa immediata creaturarum, magis in actu primo, quàm secundo. Non igitur actualis volitio.

Respondeo ex Smiling sup. n. 29. Scotum hic non posse universaliter negare, actum secundum esse principium productivum alicujus, cum alibi sæpè supponat, actum intelligendi, & volendi producere habitum. Quid ergo? Solum arguit ad hominem contra Henricum, qui putabat, præcisè ex ratione actus intelligendi consequens esse, quòd sit principium productivum Verbi: contra quod ait, potius oppositum indè sequi; quia actus secundus, ut sic præcisè spectatus, potius est finis seu terminus, quàm quid ordinatum ad aliud ut finem seu terminum: hæc enim ratione probat Scotus suum Antecedens; ut sup. audivimus, ibi: *Quis operationes perfectæ &c.* quæ ratio præcipuè locum habet in actibus Dei ad intra. An verò actus intelligendi, vel volendi possit esse principium actionis Dei ad extra, Scotus ibi non disputat, multò minùs definit, quòd nequeat esse. Igitur Scotus eo loco non contradicit nobis, & vera permanet prior pars Antecedentis; videlicet quòd in voluntate actuali reperiuntur omnes conditiones, requisitæ ad potentiam Dei.

175. Ofsenditur quòd non, ex Smis.

Sed undè probatur, dicit aliquis, quòd in nulla alia perfectione Dei reperiuntur, intellectu videlicet, aut ipsâ essentia? Nam & intellectus, & essentia naturaliter insunt Deo. Fateor; sed nego, vel essentiam, vel intellectum esse principium proximum, physicè effectivum operis divini ad extra, quidquid Aliqui dicant. Et quantum ad essentiam, probatur: quia operatio Dei ad extra est libera, ut constat ex Scriptura, & P.P. sup. allegatis; quidquid autem essentia ex se convenit, est naturale & necessarium. Et idem argumentum militat contra intellectum, qui & ipse est potentia necessaria, ut patet in creatis. Si dixeris: & essentia, & intellectus possunt liberè applicari à voluntate, & ita poterunt esse liberum principium & immediatum creaturarum. Respondeo: per liberam determinationem voluntatis proximè applicatur ipse actus voluntatis; & non est ratio, cur ille non sufficiat in ratione principii proximè effectivi creaturarum.

176. Undè probetur, quòd prædictæ conditiones non reperiuntur in alia perfectione divina v.g. in essentia, aut intellectu.

Non sufficit, quòd possit liberè applicari à voluntate.

Sandè (ut notat Felix de Scientia Dei cap. 2. diffie. 5. n. 6.) in hoc esset imperfectio, nempe voluntatem indigere alio, ut effectus prodatur in re; sicut artifex indiget instrumento ad opus artificiosum, qui perfectior esset, si merâ voluntate effectum produceret: unde voluntas Dei esset insufficientis, siquidem alio indiget; quòd videtur contra illud Psal. 148. v. 5. *Ipsè dixit, & facta sunt &c.* Secunda imperfectio esset, quòd illa potentia executiva, etiam si haberet vim producendi, dependeret in exercitio ab alio, nempe à voluntate. Respondebis: quòd, si dependeret ab alio, realiter distincto, esset imperfectio, sed dependere à voluntate, quæ est realiter eadem, non est imperfectio; nam est dependentia rationis; sicut Deus, ut intelligat, dependet ab intellectu, quòd non est imperfectio, sed perfectio, habere potentias realiter identificatas.

177. Voluntas non indiget alio, ut potestatem effectivam.

178. Ponere in Deo dependentiam, adhuc secundum rationem, est imperfectio.

Sed contras quia ponere in Deo dependentiam adhuc secundum rationem est imperfectio; alias etiam secundum rationem ponere in Deo albedinem &c. Rursus; si esset dependentia, non solum esset secundum rationem; sed formalis & a parte rei; siquidem esset ab alio non realiter distincto, sed formaliter. Neque exemplum est ad rem; nam munus essentiae non est intelligere; & ita, ut intelligat, indiget intellectu; at verò munus voluntatis est producere; siquidem producit futura; ergo, si aliqua potentia indiget, ut in vero esse illa producat, est imperfecta. Rursus munus potentiae executivae est dare esse creaturis; ergo, si ad hoc indiget voluntate, erit potentia imperfecta in exercitio sui muneris. Hucusque Felix.

179. Obijciuntur solvitur

Audio dicentem; essentia divina est infinite perfecta, non solum in ratione volentis; sed etiam in ratione entis; ergo est proximum principium producendi ad extra. Respondeo: ad infinitam perfectionem essentiae sufficit, ut realiter identificet potentiam executivam, etiam si ab illa formaliter distinguatur. Alioqui etiam Deus non indigeret intellectu ad intelligendum; sed deberet esse proximum principium producendi intellectionem, quod constat esse falsum.

180. Aliud argumentum adverse sententiae.

Fateor: solus intellectus in divinis non sufficit ad generationem Filii, neque sola voluntas ad processionem Spiritus sancti; sed requiruntur etiam principium, essentiam divinam. Fateor, inquam, sed quid tum? Ergo, infero, multo minus sufficit voluntas abique essentia ad producendum ens creatum; quippe major est proportio inter intellectum divinum & Verbum divinum, inter voluntatem Dei & Spiritum sanctum, quam inter voluntatem & ens creatum. Respondeo cum Smissio sup. n. 30. licet major videatur proportio principii, & principati inter intellectum & Verbum, voluntatem & amorem ut sic, quam inter voluntatem Dei & ens creatum; inter haec tamen esse majorem proportionem, quam inter intellectum & Verbum consubstantiale; itemque inter voluntatem & Amorem consubstantialem, quale Verbum, & qualis Amor procedit in Deo: & ideo requiritur, ut procedat de essentia dicentis, & spiritus communicata, ut patet.

Responsio ex Smis.

Ar verò de ratione entis creati solum est, quod contingenter procedat ab ente increato: & tale ens increatum est voluntas divina, etiam ut distinguitur ab essentia divina: nam ad ipsam pertinet determinatio entis, contingentis ad existendum; & sic in ipsa, seorsum spectata invenitur adaequata, seu sufficiens proportio ad producendum ens creatum. Unde supervacaneum est, essentiae quoque tribuere rationem principii proximi, productivi creaturae. Igitur quod essentia non sit principium proximum, non provenit ex eius limitatione, sed partim ex ratione talis potentiae, qualis est divina; partim ex perfectione voluntatis divinae. Siquidem potentia divina talis esse debet, ut liberè determinetur ad agendum, qualis determinatio com-

Vnde proveniat, quod essentia non sit principium proximum.

petit soli voluntati. Sicut non provenit ex limitatione essentiae divinae; sed ex peculiari ratione divinae generationis, & spirationis, quod essentia nec generet, nec spiret: sic etiam ex hoc, quod anima habeat intellectum, & voluntatem formaliter (vel, ut Alii volunt, realiter) distincta, nulla in ea arguitur imperfectio. Atque haec de essentia satis.

Venio ad scientiam tam in actu primo, quam secundo, quam negat Concl. esse principium proximum, physice productivum creaturarum, eò quod ex se non habeat libertatem, sed naturaliter operentur, ut dictum est de essentia; & quod voluntas in ratione principii physici sufficit. Interim non negamus omnem causalitatem scientiae, voca eam ideam practicam, vel imperium, perinde est; quamquam imperium secundum Scotum non ad intellectum, sed ad voluntatem pertineat, de quo non est locus hic disputandi. Non negamus, inquam, omnem causalitatem; sed tribuimus ei causalitatem moralem, id est, dicimus, quod moraliter concurrat ad productionem physicam creaturarum, consulendo efficaciter, & dirigendo principium physice effectivum, quod est voluntas. Sanè nulla est necessitas plus ei tribuendi, cum absque alio principio physico non sufficiat, & voluntas, ut dictum est, in ratione principii physici sit sufficiens.

Et de hac causalitate morali facile possunt intelligi Scripturae, in principio pro contraria sententia allegatae, ut etiam auctoritas D. Aug. quae nihil aliud significat, quam Deum non operari caeco modo, sed ex certa scientia, ut patet ex illis verbis: Non enim nescivit &c. Quod autem illa scientia sit principium physicum creaturarum, nullo verbo indicat ibi S. Doctor. Et ideo S. Hieron. in e. 26. Jerem. ait: Non ex eo, quod Deus scit futurum aliquid, idcirco futurum est; sed quia futurum est, Deus novit. Ergo futuritio rei non pendet à scientia Dei; scilicet ut à causa proxima & physica; sed potius scientia Dei à futuritione creaturarum. De quo plura alibi.

Impraesentiarum objicere artifex creatus ex idea practica, quam habet in mente, proxime determinatur ad operandum; quod si indiget ad effectum potentia executiva, distincta ab idea practica, est propter imperfectiorem; sed idea Dei est infinite virtutis; ergo ad effectum non indiget alia potentia executiva; nam sicut in artifice creato sigillum est principium proximum impressionis figuræ in cera, & manus applicans sigillum est principium remotius; ita scientia, quae dicitur idea, estque quasi sigillum, & exemplar creaturarum factibilem, est proximum principium in productione ipsarum: electio verò Dei, quae voluntas applicat istam scientiam, ex cujus conjunctione talis scientia est idea practica, erit principium remotius. Respondet Fel. sup. n. 9. quod, cum intellectu effectus sit post talem scientiam & ideam, erit proximum principium. Rursus: scientia non est idea; sed potius idea est objectum scientiae. Neque

181. Quae intellectum non sit principium proximum, physice effectivum.

Est principium moralis.

183. De causalitate morali possunt intelligi Scripturae, ut supra.

184. Objicere.

Solvitur Fel.

Neque exemplum est ad rem; nam idea in artifice concurrens movendo & dirigendo voluntatem, ut artifex ordinato modo applicet virtutem executivam; figura vero sigilli applicatur ut conditio, ut efficiens in terra immediate operetur. Sic ille. Confimiliter ergo, idea in Deo solum concurrens moraliter, proponendo objecta factibilia, movendo, & quasi specificando.

Idea solum est causa moralis

185.

Infinitas distinguitur in practica & speculativa. Smiling. Nec illa distinctio idea in practica & speculativa habet fundamentum (inquit Smiling. sup. n. 34.) nulla est enim in creato artifice idea speculativa; sed illa, quæ speculativam modum, seu formam operis faciendi, quatenus est directiva voluntatis faciendi, & mediante voluntate, est directiva potentia faciendi, est practica, nec sortitur denominationem practicae ab illa voluntate, ut concomitante; sed talis etiam est ac dicitur, quando artifex cessat ab opere, quemadmodum scientia est, & dicitur practica, etiam cessante praxi; & potentia est, ac dicitur effectiva, cessante etiam effectione. Sic ille. Quæ cum ita sint, ex iis, quæ in artifice creato inveniuntur, concludi non potest, in idea divini intellectus constituendam esse rationem divinæ potentia. Quod clarius apparebit infra, ubi de ideis divinis. Sed nunquid concludi potest constituendam esse in imperio? Smiling sup. clarè demonstrat, quòd non.

186.

Potentia divina non est constituta in imperio. Smil. Efficacem enim volitionem (inquit ille) non sequitur alius actus intellectus, quam actus representans, quòd artifex tale facere decreverit, seu (quod idem est) representans effectum artificialem fore, quantum est ex presenti dispositione & intentione artificis; quicumque enim alius actus intelligendi fingatur, intelligi nequit: nam illud imperium, quod explicatur per hæc verba: *fac hoc*; non est aliud per se loquendo, id est, quantum præcisè requiritur ad executionem operis, quam efficax volitio inclinans, & impellens potentiam executivam, ut faciat hoc. Quod pluribus ibi probat. Auctor, & tandem concludit: Itaque, præter conceptum operis faciendi, prærequisitum ad voluntatem faciendi, ac præter voluntatem faciendi, nullus est imperii actus in artifice creato, qui sit principium operis artificialis. Sic ille.

187.

Objecta ex Scriptura. Scriptura loquitur metaphorice. Sed enim (dicit aliquis) quidquid sit de artifice creato, de artifice increato Scriptura proloquitur, ut sup. audivimus Psal. 148. v. 5. *Ipsè dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt.* Dicitio autem & imperium est actus intellectus divini. Respondeo: ut imperium propriè esset actus intellectus (quod non) nil referret; quia hæc locutio Scripturæ est metaphorica, ut ibidem notat Smiling, & eà tantum significatur, tam facillè Deum omnia fecisse, ac facile est alicui dicere, & mandare, ut aliquid fiat; & ita solum modus perfectionis divinæ potentia; non autem quoddam attributum potentia sit, per illam metaphoram explicatur.

188.

Probat ex Smiling. Et quidem (prosequitur idem Auctor) esse illam locutionem metaphorica, manifestum est; cum in rerum creatione, nec sibi possit

proprie dici imperasse, vel dixisse, nec ipsis rebus creatis; quarum aliqua (ut ratione carentes) non erant capaces intelligendæ locutionis & imperii; aliqua (ut Angelus & homo) licet essent capaces, quando jam factæ erant, non tamen antequam essent, & sic verbum & imperium, per quod factæ sunt, & quod proinde fuit in ratione principii naturæ prius illis, non potuit esse locutio, & mandatum propriè loquendo. Ita Smiling. Breviter dico: ratio, quare voluptas sit omnipotentia, est: quia, quidquid Deus vult efficaciter fieri, illud fit, & sine tali voluntate nihil fit. Contrarium patet in nobis: non enim quidquid efficaciter volumus, illud statim fit; ideòque præter voluntatem in nobis requiritur potentia executiva distincta. Et quàmquam etiam sit necessaria propositio intellectus, non tamen propterea intellectus est potentia effectiva; quia etiam ad quamcumque volitionem præsupponitur, illa propositio; quis tamen ideò dicit, intellectum esse potentiam volendi?

Quare voluntas sit omnipotentia.

Nec verum est, voluntatem divinam æqualiter respicere objectum increatum & creatum; nam istud respicit, ut est operativa; hoc autem, ut est effectiva, ut constat ex decreto libero, quod dat esse rebus futuris. Et si objicias: velle Dei est circa creaturas ab æterno; & tamen creaturæ non sunt ab æterno, sed in tempore; ergo præter velle Dei requiritur potentia executiva distincta. Respondet Felix sup. n. 189. Primò, quòd talis potentia executiva, quæcumque illa sit, cum sit perfectio Dei, etiam est ab æterno. Secundò, quòd in Deo est duplex velle, & utrumque ab æterno; uno vult creaturam in esse futuro, & intentionali; altero vult creaturam esse in tali tempore, & pro tunc existere, & hoc velle producit in esse reali existentia; & cum utrumque sit ab æterno, nulla est in Deo variatio; solum est mutatio in esse creaturæ.

189. Voluntas divina non æqualiter respicit objectum increatum & creatum.

Solutio objectionis.

Instabis: potentia executiva in Deo est perfectio intrinseca: ergo nequit esse velle liberum Dei, quod deficere potest. Respondet Felix: sup. neg. Consequentiam; nam velle liberum, & velle necessarium in Deo idem sunt: solum deficiet denominatio liberi in Deo, si deficiat creatura, quod non est inconveniens; sicut deficeret in Deo denominatio creatoris, si nihil crearet. Hucusque præfatus Auctor. Nec habeo, quod addam impræsentiarum; nam alia, quæ de omnipotentia possent tractari, differre placuit in sequentem disputationem, ubi de voluntate Dei. Sufficiat hic nobis, neutram scientiam Dei esse principium immediatum, & physicum creaturarum. Si autem à me quaeritur: scientia actualis unicus actus est, an multiplex? Mutabilis, an invariabilis? Respondeo citius, & erit

190. Instans.

Solutio.

An scientia actualis in Deo sit unicus actus.

CON;